

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Qui & aduersus quod in inte. restitui non possunt. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

etiam si praedicta loquatur in praescriptione conuentionali: seu in tempore appposito per contraheutes. nam tunc sicut minor non restitueretur aduersus contractum celebratum per defunctum: maior est cui ipse succedit: ut. j. de resti. mili. l. quae a patre. ita nec restitueretur aduersus lapsum temporis appositum in dicto contractu. non autem loquimur in praescriptione legali. in qua non denegatur restitutio: licet non inceperit contra personam maioris defuncti. ut patet in l. unica. s. si aduer. v. l. c. secundum intellectum gl. ubi dicitur. in si. est etiam alia ratio quare in d. l. si aduer. ven. pig. non datur minori restitutio aduersus emptorem. quia sibi succurrit alia via contra creditorem malitiosum venditorem, vel contra curatorem quod hic non est. tenet ergo glo. primam op. lo. secundum op. Alb. possit procedere eo casu quo finiretur praescriptio finita minori aetate. Pone exempli. ego cepi prescribere contra patrem tuum, & incepta praescriptione per annum mortuus est pater tuus te minore aetate relicto: continuo autem praescriptione. & in capite trium annorum quo completur praescriptio. tu iam effectus es maior, certe non restitueris: quia lesio completur. in maiori aetate. ut. s. si aduer. rem. l. d. l. la. tam de ra. dicit quod etiam si lo casu posses tu minor restitui ante completam praescriptionem. petendo quod tempus decursum debeat minori aetate subducatur de praescriptione. quoniam actio tua effecta est minoris vitae per lapsum illius temporis. & hoc per l. quod tempore. j. de resti. mili. secundum vnam op. ibi no. sed Pe. tenet contrarium. nam cum ante completam praescriptionem non sis laesum in actione tua, & sic potes eam intentare, licet sit effecta breuior vita: non subest aequitas quod petas restitutionem, ut illud tempus subducatur per l. pater qui castrum. ff. de censu. pecu. quod dicitur per plenam no. in d. l. quod tempore. j. de resti. mili. per Cy. Item scias quod do. Raph. illum tex. induci pro op. Pe. qui tenuit quod illud l. inueniet etiam in praescriptionibus inchoatis in personam defuncti: ut ille non currat in personam haeredis minoris per rationem quae hic ponitur in tex. licet gl. & doc. teneant contrarium. nam ille tex. in si. loquitur de praescriptione inchoata in personam defuncti: & vult quod sit speciale in praescriptione longissimi temporis. ut currat contra haereditate minoris. ergo in contrarium est ius commune in alijs minoribus praescriptionibus, ut ille ipso iure non currat. & dicitur non videre responsum sed certe alia ratio est in praescriptione longissimi temporis, propter magnam negligentiam quae committitur in tacendo tanto tempore. Vltimo dicit Inn. in c. constitutus. in si. de resti. in inte. legem istam non habere locum in praescriptionibus introductis per statuta, vel consuetudines terrarum: quia illae currunt hodie contra minores, sed datur restitutio. quoniam illa non tollit illas praescriptiones introductas per iura vetera etiam contra: ut patet in d. d. d. c. in quibus vetera iura & c. De inuentis vero per statuta singularium locorum, non cogitavit hic imperator. Bart. taceat hoc verum quod minor tractaret de lucro captando. & ita loquitur illud c. sed si de dano euitando, tunc statutum simpliciter loquens debet restringi ad personas maiores, nec habet locum in personis minoribus: unde dicitur dano patiantur: ut in l. ij. de noxa. & illa l. potuit cogitare in genere: licet non in specie. quod tantum valet: ut in l. sub praescriptione ubi no. la. ij. s. de transac. Bal. quod sequitur Raph. tenet simpliciter op. Inn. etiam ubi minor tractat de dano euitando, non quod per l. iuram non intendit tollere statuta specialium locorum: sed de ipsis faciat specialem mentionem: ut in c. j. de consi. lib. v. quod magis quando princeps specialiter se restringit ad iura sua, quia corrigit iura vetera, non statuta specialium locorum. Nam illa verba hic non essent, non tollerentur statuta. quantum magis si sunt facta statuta post hanc legem. per glo. no. q. est in l. l. de resti. s. j. ff. de iudi. circa medium mag. gl. of.

Qui aduersus quos in inte. restitui non possunt. Rub.

De prima parte huius Rub. loquitur l. j. ubi denegatur minori restitutio ex qualitate suae personae. de. ij. parte loquitur l. si. ubi denegatur ex qualitate personae aduersus quam restitutio petitur.

Primo qui est diligens & industrius in officiis publicis, praesumitur etiam esse in suis priuatis negotiis.

Practica supplet aetatem sicut & malitia.

Inuentio locum est coniecturis: non autem in certis.

Propter defectum sapientum, & idoneorum, interdum fatui & inhabiles ponuntur in cathedra, & assumuntur ad officia.

Ad cuius interdictum bonis, tanquam prodigo: & datus fuit sibi curator: licet postea assumatur ad officium publicum, & efficiatur decurio, vel prior, non tamen cessat interdictio, vel datio curatoris.

4 Pro iurisdictione ordinaria praesumitur, nec est necessario probanda. licet secus in delegata.

5 Ei qui semiplene probauit, quando deferatur iuramentum in supplementum probationis, & quando non.

6 Limitatio ad leges dicentes creditorem vel soluentem pecuniam minoris habere necesse probare ea uersam in utilitatem minoris, ad hoc ut excludat illam ab agendo.

LEX I.



In consilio. Ista lex reputatur singularis. legitur in glo.

duobus modis secundum primam intellectum. h. d. j. Siminor petens restitutionem non plenè

probauit de laesione: sed semiplenè probato quod exercuit officium publicum, tanquam idoneus & diligens paterfamilias. excluditur a restitutione in integ. etiam si vellet iurare in defectum probationis, sed si plenè probauit de laesione, propter hoc solum quod publicum officium exercuit, non excluditur a restitutione: quia potuit assummi ad officium propter necessitatem: quia deficiebant alij idonei hoc dicit notabiliter. Not. j. quod ille qui est diligens & industrius, & prouidus in officiis publicis, praesumitur etiam esse in suis priuatis negotiis. & ex hoc sequitur quod prudentia superplet aetatem, sicut & malitia. j. tit. j. l. ij. & ibi no. in fin. primae gl. of. Item not. illud vulgare quod in incertis locus est coniecturis. non autem in certis: quia si de laesione non plenè probatur: sed aliquantulum, tunc recurritur ad coniecturas. ut in primo casu huius legis. Si verò plenè probatur, non attenduntur coniecturae: ut in vers. [verum]. Item not. ibi. [scilicet quod urgentibus & c.] quod propter defectum sapientum & idoneorum interdum fatui & inhabiles ponuntur in cathedra secundum Cyn. nam de iure communi minores xxv. annis non sunt idonei ad officia publica. l. ad rem. ff. de mune. & hono. sed interdum ex necessitate assumuntur deficientibus alijs: ut hic dicit tamen Titus Livius per eos rempublicam labefactam, & postea senum consilio restitutam. Item no. optimum argu. secundum Bart. quod si alicui fuit interdictum bonis tanquam prodigo, & datus fuit sibi curator: licet postea assumatur ad officium publicum, & efficiatur decurio, vel prior non propterea cessat interdictio: vel datio curatoris. quia potuit assumi non ex eo quod effectus sit diligens in suis agendis: sed propter necessitatem patriae: vel alium respectum: & illa est utilis & pulchra inducio. Item not. in gloss. j. quae semper allegatur. vult enim quod hic aduersarius minoris non haberet necesse probare quod ipse minor fuisset decurio: quia illud erat notum ut notorium ipsi iudici: ideo non erat necessaria probatio. secus in eo quod est sibi notum non ut notorium. quia non est publice notum: sed sibi soli, vel paucis: quia tunc fienda est probatio. nec habet iudicare secundum suam conscientiam: sed per acta & probata. l. illicitas. s. veritas. ff. de offic. praesi. unde allegatur ista gloss. quod pro iurisdictione ordinaria praesumitur, & quod non est necessario probanda: licet secus in delegata: ut in c. cum in iure. cum ibi not. de offic. deleg. & vide quod nota. Bald. in l. j. s. ut quae defunt aduocatum suum. sup. ubi dicit quod si in causa quam habeo tecum coram potestate moderno: produco vnam sententiam latam per potestatem praeteritum, & in termino dato ad probandum non probo illum non fuisse potestatem, hoc mihi non nocet quominus pro ea sit praesumendum, ac si esset lata per verum potestatem, quia pro iurisdictione ordinaria quae est, non in omnibus praesumitur: nec habeo necesse producere electionem suam factam Venerijs, nec etiam quod fuerit in possessione officij: sed sufficit quod illud non sit notum ut notorium apud omnes. Tene meti. In alia gl. quae incipit. [est dubitatur. j. ibi. [sed responso deo neutrum praedictorum erat:] vult dicere gl. quod argumentatio supra facta non est a sufficienti partium enumeratione: & sic non est bona. nam dicit duos tantum casus. s. quoniam probata esset laesio plenè. & tunc fieret restitutio: posito quod exercuisset officium publicum, vel quoniam nullo modo. & tunc non fieret: etiam si tale officium non exercuisset, unde cum in illis casibus non est curandum exercuerit, vel non. sed est dare tertium, quoniam probauit laesionem semiplenè. quo casu si non exercuisset officium publicum, daretur sibi iuramentum in defectum probationis: sed si exercuit, non dabit. ita loquitur primus casus huius legis. Ex qua glo. no. duo singularia primò limitationem ad id quod habetur in l. in bonae fidei. j. de iurei. &

Et sicut & malitia. Adde c. literas. & c. iuuenis. & ibi doc. spon. & in c. j. & in c. cōtinebatur. de despon. impu.

Coniecturis. Ad ill. continuus. in s. cū ita. ff. de verb. oblig. l. in obsecris. ff. de regul. iur. regul. inspicimus. c. ti. lib. vj. Car. zab. in c. si. de consue.

Minor. xxv. annis. Adde Abb. in c. cū vige simū & offi. deleg.

Pauli de Castro Prima super Codice.

ff. eo. l. admonēdi. quod ei qui semiplenē probauit deferē iurē in defectū probationis, cōcurrentibus quibusdā alijs. de quibus ibi no. nā hoc est verū, nisi pars aduersa induceret aliquas cōiecturas in contrarium: per quas eneruaretur illa semiplena probatio: vnde de habetur pro non facta nec est standum eius iuramento. & ad hoc semp allegat ista gl. l. c. no. ex ista gl. q. etiam in causa in qua petitur restitutio contra ius cōe, & ex priuilegio personali, ei qui semiplenē probauit deferetur iuramentum in defectū probationis, si per alias cōiecturas illa semiplena probatio nō sit eneruata: sed illud est verum. cū allegatur simplicitas ipsius restitutionem petentis. secus si allegatur dolus aduersarij: vt not. ff. eo. l. iij. §. j. in fi. super verbo leuior. In ea. gl. ibi. [Alij dicunt.] dic licet gl. non videatur illam tenere. tamen est singularis in se. & bona. Ex qua no. limitationem ad tit. s. si aduer. credit. & ad omnes ll. dicentes creditorē vel soluentē pecuniam minori, habere necesse probare eam veram in utilitatem minoris: ad hoc vt illum excludat ab agendo. vt in casu. l. si pradium. j. de pradi. mino. & in eo q. no. in l. si pradiorū. eo. tit. nam omnes habent locum, ita demum si minor non exercuit officium publicū tēpore solutionis factae. aliās præsūmitur pecunia versa in utilitatem minoris: nisi ipse minor probet cōtrariū. quod no. diligenter. Pe. verō de bellaperti. vere fert Cy. alio modo intelligit hanc legem videlicet q. si minor per tit se restitui in eo q. fuit publicē approbatus, non debet audiri: etiam si probat lātionem. secus si ex necessitate fuit admissus ad publicū officiū & per hoc determinabat q. si aliquis minor fuit publicē approbatus, & doctoratus & postea in quadā causa sua petit se restitui, & aduersus omīssam, allegationem vel malē agitatam causam, non debet audiri: quia professio sua cum eius derio non concordat. non enim potest dicere se lāsum, si non fecit illud in quo tanquam idoneus fuit approbatus. & idem esset si aliquis minor fuit effectus notarius: vel positus in matricula mercatorum, tanquam idoneus mercator, vel notarius: & postea peteret se restitui in actu mercantiae, vel notariatus. vt nō debeat audiri, ratione prae dicta: quam lectu. Bal. non approbat. quia talis approbatio non excludit lātionem secundum Iac. But. quod etiam sequitur do. Raph.

¶ Filius quando possit restitui contra patrem, vel factum patris

L E X II.

C Vmapud. ¶ Filij & liberti cōtra parentes & patronos non habent restitutionem in integ. ratione minoris aetatis. hoc dicit. Et sic priuilegiū aetatis quod est de iure speciali, cedit reuerentiae patris, vel patroni, quae est de iure gentium & cōi: vt in l. j. ff. de obsequijs. sed si peteret restitutionem: non ratione aetatis sed ex alia iusta causa, q. esset de equitate naturali: vt in l. j. §. fi. quibus ex cau. ma. non denegaretur ei restitutio aduersus prae dictos secundū doc. & recitantur hic duae opi. in text. eorū qui distinguēbant. Sed Imperator ponit tertiam, vt sine distinctione procedat. 2. quod restitutio non concedatur contra prae dictas personas. ¶ In glo. quae incipit, [vt argumento.] in fi. dic. pro solutione illorum contrariorum, quod aut filius petit restitutionem contra patrem iure actionis, & auditur: vt in l. i. superstitie. s. de dolo. Aut officio iudicis nobilis, quod non est ita efficax sicut actio: quia non refert in parte, sed in iudice: & tunc aut petit restitutionem aduersus patrem, & aduersus factum patris, & non est sibi concedenda & ita loquitur ista. l. aut petit contra patrem non tamen cōtra patris factum. & tunc bene conceditur. vt in l. iij. §. si aduers. rem iudic. Nam ibi petebatur contra factum iudicis: sed contra patrem aut econuerso petitur contra factum patris, non tamen cōtra patrem de directo. & tunc similiter conceditur. vt s. si aduers. dona. l. ij. etiam si per indirectum redundet contra patrem: vt in l. fi. §. si autem patre in fi. j. de bo. quae libe.

Si minor se maiore dixit. vel maior proba. fut. etc. Rub.

1. Licet in quantum ad aetatem pupillarem differat masculus à foemina, in aetate tamen adulta non differt.
2. Iuramentum à minore praestitum de quo in auth. sacramenta puberum. s. si aduer. uenit. in quo differat à iuramento de quo in l. si alterius. uerbi. si tamen in isto titū?
3. Pupillus si iurat se adultum, & postea iurat super contractu de non ueniendo contra, excludetur à restitutione in integrum.
4. Quando minor dixit se maiorem ex dolo aduersarij, & non minoris, conceditur restitutio, etiam si minor iurauit corporaliter tactis scripturis quod erat maior, uel etiam si non fuit dolus aduersarij, si tamen fuit falsitas instrumentorum, uel testium pro actorum per aduersarium.

6. Quid si interuenit dolus minoris, non aduersarij?
7. Quid si neutrius dolus interuenit?
8. Quid si interuenit dolus utriusque?
9. Quid si non constat an interuenierit dolus alterius eorum, uel non?
10. In probando ea quae sunt de longinquo tempore, & de facili possunt exire de memoria, melior est probatio per instrumentum quam per testes. & in alijs per probatio est, & aliquando melior per testes.

L E X

I.

S I cum minor. ¶ Si minor dixit se maiore dolo aduersarij inductus, nō denegat ei restitutio. secus si dolo proprio interueniente. sed si nullus dolus intercessit, restitutio conceditur. nisi fuerit iuratum. hoc dicit ista. tra. ll. scdm bar. Et primò ponit q. interuenit dolus aduersarij, & nō ipsius minoris, ad fi. vt minori denegat restitutio. & hoc in l. j. Scdm q. interuenit dolus ipsius minoris, ad inducendum aduersarij ad cōtrahēdū secū: nō aut dolus aduersarij. & hoc in l. ij. Ter. tid si alterius & repetitur ambo dicti casus. & primò, casus, l. ij. vsq. ibi: [q. si per iniuriā.] scdm, casus. l. j. & hoc vsq. ibi: [si tamē] scdm vnū intellectū. tertio dictus casus, l. j. limitatur vt nō procedat q. ibi dī. q. interuenisset iuramentum: quia tūc esset distinguēdū an fuisset verbaliter tantum praestitū: an aut corporaliter manu tactis scripturis. & scdm illū intellectū ad illū casum quē protegit ab illo ver. [q. si per iniuriā.] vsq. in fi. uenit. cōtra quae formatur in gl. quae inci. [nō corporaliter.] s. de l. si ex falsis. s. de trans. ubi q. interuenit dolus aduersarij, nō curatur iuramentū minoris, vel etiā maioris. imò eo nō obstante cōcedit restitutio. & hic dicitur cōtrariū. q. fuit verbaliter, & nō corporaliter praestitū: quia cōcedit. dummodo probetur aetas per iuramentum. & nō p. testes & quādo fuit praestitum corporaliter nullo modo cōceditur. & gl. soluit multis modis. sed ad fugiēdū hoc cōtrariū, datur alius intellectus. quem sequitur gl. in fi. indistincte. l. q. illa. l. si alterius. vsq. ad ver. [aditus.] repetat casus. ll. praecedētū: sed in illo ver. [aditus.] ponat tertium casum. videlicet q. non interuenit dolus minoris, nec etiā dolus aduersarij: & tunc dicitur quod si nō interuenit iuramentū, licet minor asseruerit se maiorem: non denegatur restitutio sibi: sed si interuenit iuramentū, q. iurauit se esse maiorem, tunc etiam verbaliter tantum: & denegatur restitutio, nisi probet se minorem per instrumentum: & nō per testes: aut fuit praestitū corporaliter manu tactis scripturis: & tūc indistincte denegatur restitutio: etiā si per instrumentū velit se probare minorem. & tūc nō obstat. l. si ex falsis. quia ibi interuenit dolus aduersarij, vel etiā falsitas: quo casu iuramentū nullo modo noceret minori, vel etiā maiori decepto dolo aduersarij, qualitercūq. sit praestitū. hic uerò non interuenit dolus aduersarij: nec etiā ipsius minoris. & illū intellectū sequunt. Doct. & secū dū illum intellexit qui cōiter tenet in illo ver. [aditus.] dū tex. dicit [si tuū dolo nō reperierit intercessisse.] debet suppleri nec ēt aduersarij iurāt & sic est tertius casus additus hic p. Imperatōrē ultra casum. l. j. & ij. Itē aduertēdū. q. iste titulus principaliter factus fuit ppter cōlūsiā. l. ij. q. minores ad inducēdū homines ad cōtrahēdum scdm qui reculabāt cōtrahere, dubitantes de restitutione in inte. asserēdū se maiores: & postea hoc nō obstat uolebāt pbare cōtrariū, q. eorū cōfessio falsa nō innitebat ueritati: unde uidebāt audiēdū p. l. cū falsa. s. de iur. & fac. igno. sed q. hoc uidebāt iniquū: cum aduersarius si hoc sciuisset secū non cōtraxisset. per diuersas cōfessiones imperiales, & scripta principū determinatum fuit ipsum nō fore audiēdū. cū uelit uenire ex priuilegio personali mediāte dolo suo. & hinc sumpta occasiōe cōtrahētes cū minore nolo bāt q. minor assereret se maiore: vt restitutionē petere non possit & si minor denegabat hoc faceret: quia forte ignorabat aetatem suā: conabatur cōtrahētes per falsas pbationes ipsum inducere ad credēdū se maiorem: vt in l. j. ideo necessarium fuit prouidere ad uerius istas fraudes, quinque ergo sunt casus. nam interdum interuenit dolus aduersarij, & non minoris, interdum econuerso, interdum neutrius. Interdum uerò dubitatur an aliquis eorum fuerit in dolo, qui casus colliguntur ex glo. mag. si. polita in l. i. ad terius dic. vt ibi dicam. ¶ Et ex illa. l. j. not. secundūm Cyn. j. de his qui ve. ata. impel. l. ij. in fin. quod licet in quantum ad aetatem pupillarem differat masculus à foemina: quia in masculo durat vsq. ad xliij. anno. in foemina vsq. ad xij. in aetate tamen adulta non differunt.